

W 6
213







EN TIBI MONSTROSUM NIMIS ET MEMORABILE FACTUM,
 QUALE NEC A MUNDI CONDITIONE DATUM.



*M*ARGARETA HERMANNI, Comitissæ Hennenbergiæ uxor, quarti Florentii Comitissæ Hollandiæ & Zelandiæ Filii, Guilhelmi Regis Romanorum, ac postea Cæsaris seu Gubernatoris Imperii, atque Altheiæ Comitissæ Hannoniæ soror, cuius patruus Episcopus Traiectensis, avunculi autem Filius Dux Brabantiae, & Comes Thuringiæ. Hæc autem Illustrissima Comitissa annos quadraginta duos circiter nata, ipso die Parasceves nonam circiter horam, anno millesimo, ducentesimo, septuagesimo sexto, trecentos sexaginta quinque enixa est pueros, qui prius à Guidone Suffraganeo Traiectensi omnes in duobus ex arè pelvibus baptisati sunt: quorum masculi quotquot erant, Joannes, pullæ autem omnes Elisabethæ vocatæ sunt, qui simul omnes cum matre uno eodemque die fati concesserunt, atque in hoc Lausdunensi Templo sepulti jacent. Quod quidem accidit ob pauperulam quandam fœminam, quæ ex uno partu gemollos in ulnis gestabat pueros, quam rem ipsa Comitissa admirata, dicebat, Id per unum virum fieri non posse, ipsamque contumeliosè rejecit. Unde hæc pauperula animo perturbata, ac percussa, mox tantum prolium numerum ac multitudinem ex uno partu ipsi inprecabatur, quot vel totius anni dies numerarentur. Quod quidem præter naturæ cursum obstupenda quadam ratione ita factum est; sicuti hic in perpetuam hujus rei memoriam ex vetustis, tam manuscriptis, quam typis excusis, Chronicis, breviter positum & enarratum est.

Deus ille ter maximus hac de re suspiciendus, honorandus, ac laudibus extollendus in sempiterna secula,

A M E N.

HÆC LEGE, MOX ANIMO STUPEFACTUS LECTOR ABIBIS.



23.

24

ULB Halle

3

004 853 865



UO 17







EN TIBI MONSTROSUM NIMIS ET MEMORABILE FACTUM, QUALE NEC A MUNDI CONDITIONE DATUM.




MARGARETA H...
gia uxor, quarti Floren...
lia, Guilhelmi Regis R...
natoris Imperii, atque...
jus patruus Episcopus Trajectensis, avuncu...
Thuringiae. Haec autem Illustrissima Comi...
ipso die Parasceves nonam circiter horam, an...
trecentos sexaginta quinque enixa est pueros,
omnes in duobus ex are pelvibus baptisati s...
nes, pullae autem omnes Elisabethae vocat...
eodemque die fatis concesserunt, atque in...
Quod quidem accidit ob pauperulam quan...
in ulnis gestabat pueros, quam rem ipsa Co...
virum fieri non posse, ipsamque contumelios...
turbata, ac percussa, mox tantum proliu...
ipsi in precabatur, quot vel totius anni dies...
rae cursum obstupenda quadam ratione ita f...
rei memoriam ex vetustis, tam manuscrip...
viter positum & enarratum est.


Deus ille ter maximus hac de re si...
extollendus in sempiterna

A M

HÆC LEGE, MOX ANIMO
ABIBIS.



nnenber-
ndia Fi-
Guber-
or, cu-
Comes
ternata,
mo sexto,
rajectensi
t, Joan-
matre uno
jacent.
gemollos
er unum
imo per-
no partu
ternatu-
m hujus
is, bre-
dibus
TOR



23.

4